



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. III. Explicantur effectus Professionis, & aliorum Votorum, qua à
Professis emittuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

s P. 5. c. 3. §. localem, in hunc usum, servari debet. Et
 4. & R. Prov. præterea exemplum emissæ Professionis, &
 72. 73. & aliorum quinque Votorum, nomine emit-
 Præp. 12. & tentis subscripto, ad Generalem, per Pro-
 Rect. 11. vincialem, quamprimùm transmittetur.

C A P U T III.

Explicantur effectus Professionis,
 & aliorum Votorum, quæ à
 Professis emittuntur.

S E C T I O I.

De effectibus Professionis in Genere,
 & speciatim Voti Paupertatis.



Prætermisiss obligationibus, quæ
 resultant etiam ex Votis Scho-
 larium, atque adeò superiùs ex-
 positæ sunt, Part. 1. Cap. 5. Sect.
 4. & c. hic exponentur peculiare effectus
 horum Votorum, tum solemnium, tum
 simplicium.

*Professorum
 unio summa
 cum Societate,
 à qua tamen, di-
 mitti possunt.*

1. Et primò per hæc Vota Religiosæ
 Professionis, quæ solemnia sunt, consti-
 tuuntur nostri Professi in eo statu: in quo
 per traditionem perfectam ex parte ipso-
 rum, & parem acceptationem, ex parte
 Re-

Religionis, censentur esse quicumque Religiosi Professi. ^a Et licet in quibusdam gradibus etiam Professi, cujuscumque Gradus, & dignitatis sint in Societate, dimitti possint; præmissa tamen matura deliberatione, & quatenus id convenire Divino obsequio, & communi bono existimaretur, deveniendum cum illis est ad hoc remedium: ut si contumax, aut incorrigibilis aliquis ex illis esset. Quamquam aliæ etiam causæ esse possint; quas eò graviores esse convenit, quò arctiori vinculo, nempe arctissimo, Professi corpori Societatis conjuncti sunt. ^b

2. Exiisdem quatuor Votorum Professis constant potissimum Comitia nostra: in quibus hi sedent ante reliquos, in aliis Gradibus constitutos; servato inter se ordine, juxta antiquitatem suæ Professionis. ^c At si duo conveniant, qui talem Professionem emiserint eadem die; ei deferenda est ordinis prærogativa. qui prius explevit annos Religionis ad hujusmodi Professionem requisitos. Si ambo eos expleverint eodem die; præferatur ille, qui diutius in Societate vixit. Si ambo ad Ti-rocinium venerint eodem die; præferatur major natu. Si demum ambo etiam sint nati eodem die; sorti res committatur à Provinciali, ejusque Consultoribus. ^d

^a P. 5. c. 1. A
& Greg. XIII.
p. 228.

^b P. 2. c. 1. §.
1. & A. & C.
& c. 3. A. &
P. 9. c. 3. §. 1
& c. 4. §. 7. &
Greg. XIII.
p. 209.

*Ordo sedendi
in Congregationibus.*

^c For. C. Gen.
§. 60. & C.
Prov. §. 15.

^d C. 13. D. 1.

Redduntur incapaces Domini & Hereditatis tum Professi, tum Societas ratione ipsorum.

¶ P. 6. c. 2. § 12. & Paul. VIII. 13. & Jul. III. 65. & Greg. XIII. p. 228.

f C. 2. D. 33.

g C. 1. D. 38.

Sed sustentari debent ex elemosynis.

3. Voto Paupertatis, non solum (quod de jure communi est) Professi excidunt ab omni rerum possessione, & dominio: & sunt ipsi incapaces hereditariae successionis, verum etiam Domus, Ecclesiae, & Collegia, eorum ratione. Sic enim omnibus litibus, & controversiis praecis, caritas cum omnibus, ad Dei gloriam, melius conservabitur. *e* Immo cum ex Concilio Tridentino Sess. 25. Cap. 3. de Regul: jus acquisitum videretur Professis Societatis, & eorum Domibus, possidendi bona immobilia in communi; renunciatum est, nomine Societatis, huic juri; si quod acquisitum esset. *f* Declaratum porro fuerat, non adversaturum huic Constitutioni, aut ejus fini; si quis obtineret facultatem à Sede Apostolica, ut ipse, vel Domus, in qua professus esset, jus succedendi in hereditate haberet, expendenda tamen in usus non suos, & maximè pios. Sed quò magis puræ & sanctæ paupertati consulere, hæc declaratio ex libro Constitutionum expuncta est. *g*

4. Quamvis igitur habeat Societas Collegia, & Domos Probationis, redditibus dotatas, ad Scholasticorum sustentationem; non possunt tamen hujusmodi redditus

rus in usum alium expendi. Nec Domus Professorum, nec aliquis eorum, aut etiam Coadjutorum formatorum iisdem uti poterit; aut ordinarium Rectoris officium in Collegiis Professi habebunt: sed vivere debent ex eleemosynis in Domibus, cum aliquò non mittuntur. *b*

5. Hoc tamen non prohibet; quin ubi magna Collegiorum necessitas, vel magna utilitas intercedit, possint Professi, & Coadjutores formati in Collegiis diu habitare: ut propter gubernationem studiorum, lectionem in scholis, Confessiones, Conciones, & munia alia; in quibus sublevari scholasticos oporteret; vel ad visitanda, & dirigenda Collegia; aut cum, ex facultate Præpositi Generalis, scribendi gratia aliquis eò se reciperet. Neque interdicta etiam discreta caritas erga Professos iter agentes; quos hospitio, & viatico etiam juvare Collegia tutò possunt. Quin & in aliqua sua Villa excipere infirmos, vel sanos ob honestam recreationem, dummodo, quamdiu sunt in Domibus, expensis Collegii non alantur. *i* Concessum etiam est Præposito Generali; ut senio confecti, aut infirmitate gravati, & ad operandum non idonei, etiamsi Professi sint, de ejus licentia, possint habitare in Collegiis, & eorum

b Ex. c. 1. §. 4.
& P. 4. c. 2. §.
5. & F. & c. 10.
§. 1. & 3. & A.
& C. D. & P. 6.
c. 2. §. 3. & P.
10. §. 5. & Paul.
III. p. 14. & Jul.
III. p. 6. & R.
Prov. 74. & R.
Præp. 65. &
Rect. 61.

Aliquando tamen poterunt ex Collegiorum redditibus vivere.

i P. 4. C. 2. F.
& P. 6. C. 2.
C. D. & C. 6.
D. 18.

re-

reditibus sustentari: / ut dictum est supra
Jul. III. p. 77. Part. 2. C. 3. Sect. 1. §. 2.

S E C T I O II.

De Obedientia Professorum, & obligatione docendæ Doctrinæ Christianæ.

*Professi sub-
 sunt Regulis
 communibus.*

I. **V**I obedientiæ, quam vovent Professi Religionis Prælati, ad distinctionem ejus, quam promittunt Summo Pontifici ad Missiones, cum opinari quis potuerit ex Const. Part. 6. Cap. 3. §. 1. & 3. Professos non obligari regulis communibus domesticæ disciplinæ, utpote ea virtute præditos; quæ hujusmodi præfidiis non indigeret: declaratum est oppositum; scilicet ab omnibus sive Professis, sive Coadjutoribus formatis Regulas communes Societatis observandas esse: neque id repugnare citatæ Constitutioni. *m*

*m C. 3. D. 21.
 & C. 4. D. 22.*

*Nec eximuntur
 universaliter à Superioribus non Professis.*

2. Præterea cum in Const. Part. 8. C. 3. A. & Con. 1. D. 42. dicitur Professis quatuor Votorum præesse non posse eos, qui eodem Gradu Professi non sunt; sermo est de præsentia in Domibus Professis, vel integris Provinciis; ubi Subditi communiter Professi sunt quatuor Votorum: alioqui

qui non Professi (modò Sacerdotes sint) præesse Professis possunt : atque hi ad obedientiam illis præstandam tenentur. »

» C. 3. D. 21.

3. Quod verò in formula Professionis additur post promissam obedientiam : *Et secundùm eam, peculiarem curam circa puerorum eruditionem, juxta formam vivendi in literis apostolicis Soc. JESU, & in ejus Constitutionibus contentam* ; non inducit aliam obligationem, quàm reliqua spiritualia exercitia, quæ ad auxilium proximorum adhibentur. Mentio autem de pueris docendis, ea de causa fit ; ut sancta hæc exercitatio peculiari modo sit commendata : & quia faciliùs oblivioni tradi poterat, quàm alia magis speciosa ; cujusmodi est prædicatio &c. »

Quatenus ad Catechesim tenentur.

» P. 5. c. 3. B.

4. Ut ergo tam sanctum exercitium in desuetudinem non abeat ; præter eam curam, quam P. Generalis suscipere debet, ut Nostris familiare sit ; quivis Professus, & Coadjutor spiritualis formatus, post susceptum Gradum, intra annum per 40. dies, vel continuos, vel interpolatos, teneatur Doctrinam Christianam pueros, atque rudes personas docere : quod ex praxi S. Fundatoris derivatum est. »

Hujus Voti executio.

» Paul. III. p. 12. & C. 1. D. 138. & C. 2. D. 58. & R. Prov. 71.

SEC-

S E C T I O III.

De Quarto Missionum Voto.

*Quid sit hoc
Votum, & cui
emittatur.*

¶ Ex. c. 1. §.
5. & P. 5. c.
3. §. 3. & P.
7. c. 1. & Paul.
III. p. 11. &
Jul. III. pag.
63. & Gregor.
XIII. p. 228.

*Aliqua cir-
cumstantia Vo-
to promissa.*

¶ **S**ed qui quatuor Votorum Professi
fiunt, tribus illis solemnibus sub-
stantialibus Votis quartum, similiter sole-
mne addunt speciale, Summo Pontifici obe-
dientiæ, circa Missiones, præstandæ. Nam
licet fide orthodoxa indubitatum sit; omnes
Christi fideles Christi Vicario subesse: ob
devotionem tamen majorem ad Obedien-
tiam Sedis Apostolicæ, & ob certiores Spi-
ritus Sancti in Missionibus ipsis directio-
nem, humilitatem, mortificationem, ac
voluntatum abnegationem, id Votum emittitur. ¶

2. Quod quidem Missionum Votum,
cum in formula Professionis referatur ad
litteras Apostolicas & Constitutiones; com-
prehendit etiam aliquas circumstantias in
iisdem expressas, atque adeo pariter eo
Voto promissas. Hæ autem sunt 1. ut ne-
que directè neque indirectè per se, vel per
alium singuli possint curare quidquam
cum Romano Pontifice, ut mittantur
potius in hanc partem, quàm in aliam. 2.
Ut parendum sit, si ve miserit ad Turcas,
si ve

sive ad quoscumque alios infideles, in Indiis etiam versantes; sive ad quoscumque hæreticos, seu schismaticos, seu etiam ad quosvis fideles. 3. Ut sine ulla excusatione, aut tergiversatione, illico, quantum in illis fuerit, proficiscantur. 4. Ut nullum viaticum petere possint; parati omninò ire pedites, vel equites, cum pecuniis, vel sine illis; ut sua Sanctitas iudicaverit, spectato tantummodo majore Dei obsequio. Quare exploranda erit Summi Pontificis voluntas, de modo itineris conficiendi, & manendi in loco Missionis. r

3. Et ea quidem spectant ad essentialem materiam Voti. Adduntur aliqua ad ejus executionem juvanda. 1. Ad præcedendam omnem ambitionis occasionem, nec Generalis pro se ipso, absque Societatis consilio, nec quisquam alius pro se, vel pro alio, cum Romano Pontifice de hujusmodi Missionibus curare debet. 2. Non opponitur promissæ indifferentiæ, si Generalis, ubi aliquis minùs idoneus mitteretur, id Pontifici repræsentet. 3. Petenda instructio scripta, quò exactius injuncta expeditio impleri possit; aut certè verbo tenus mens summi Pontificis intelligatur.

4. Ubi tempus limitatum non fuerit, in locis particularibus, trimestris statio sufficiat

r Paul. III. p. 11. & Jul. III. p. 63. & Greg. XIII. p. 228. & Ex. c. 1. §. 5. & P. 5. c. 3. §. 3. & C. & P. 6. c. 2. §. 3. & S. & P. 7. c. 1. §. 1. 2. 3. & B.

Servanda ex Constitutionibus.

Paul. III. p. 12. & Jul. III. p. 64. & P. 7. c. 1. §. 2. P. 7. c. 1. C. P. 7. c. 1. §. 5. H. G.

felsi
sub-
lem-
obe-
Nam
mnes
: ob
lien-
Spi-
tio-
, ac
mit-
am,
ur ad
om-
as in
e eo
ne-
per
iam
ntur
. 2.
cas,
sive

ficiat : & Præpositus Generalis poterit sic à Pontifice missos, nulla limitatione temporis, si id expedire Divinæ gloriæ judicaverit, revocare. x §. Excursiones aliquæ breves ad vicina loca non interduntur; modò præscriptæ Missioni non incommodent. y 6. Præpositus Generalis novum Christi Vicarium, intra annum ab ejus creatione, doceat de hoc peculiari Societatis Voto. z

x P. 7. c. 1. §. 6. & P. 9. c. 1. G. & Paul. III. p. 38.
y P. 7. c. 1. §. 7.
z P. 7. c. 1. §. 8. & R. Secr. 18.

SECTIO IV.

Explicantur Vota simplicia, quæ emittuntur statim post Professionem.

Votum Paupertatis non relaxanda.

* P. 6. c. 2. §. 1. & A. & P. 10. §. 6. & Greg. XIII. p. 228. & C. 1. D. 102. & C. 4. D. 54. & R. Pr. 71.

1. **S**tatim ab emissa Professione, sive quatuor, sive trium Votorum, ad tuendam Paupertatem, & eliminandam Ambitionem, Professus omnis nonnulla alia simplicia Vota emittit. Eorum formula legitur in fine Constitutionum. * Primum Votum est : *nunquam se acturum, vel consensurum; ut quæ ordinata sunt in Constitutionibus circa Paupertatem, immutentur: nisi quando, ex causa justa rerum exigentium, videretur Paupertas restringenda magis.* Hæc autem immutatio contingeret, si relaxatio fieret ad reditus admittendos,

præ-

preterquam ad Collegia, & Domos Probationum dotandas: & quidem ad similia Paupertatis jura relaxanda Professus, nec in Congreg. Generali, nec per seipsum tentare poterit, vel pati à quoquam quidquam tentari. *b* Hoc Votum, & tertium proximè referendum, est dispensabile à solo Papa. *c*

2. Secundum est: *Nunquam se acturum, vel pratenfurum, ne indirectè quidem, ut in aliquam Prælationem, vel Dignitatem in Societate eligatur, vel promoveatur.* Ubi notandum est Prælaturam, & Dignitatem in Societate pro Synonymis habendas, & neutram Assistentibus convenire. Distinguuntur autem extra Societatem; & earum seorsim ambitus cavetur Voto mox exponendo. Si quis autem hujusmodi ambitus convictus esset, incapax Prælationis cujuslibet habeatur. *d*

3. Tertium est, *nunquam se acturum pratenfurumvè, extra Societatem, Prælationem aliquam, vel Dignitatem; nec consensurum in sui electionem, quantum in se fuerit; nisi coactum Obedientia ejus, qui precipere potest sub pœna peccati.* Ratio utriusque Voti est, ut Ambitio, mater in quavis Republica omnium malorum, submoveatur; postremi autem, ne Societas hominibus, sibi ad propositum finem maximè

b P. 6. C. 2. §. 1. & A. *c* Paul. V. A. 1618. 31. Jan. & Urb. VIII. A. 1632. 25. Ms.

Non ambiendi in Societate.

d C. 7. D. 44. & P. 10. §. 6.

Non ambiendi extra Societatem.

P. 10. §. 6.

f Urb. VIII.
1632. 25.
Jan. Ms.

g Urb. VIII.
in Bulla A.
1635. 21.
Maii.

*Deferendi am-
bientes.*

h P. 10. §. 6.

i C. 3. D. 46.

l C. 9. D. 13.

*Audiendi con-
silia, & exe-
quendi.*

mè necessariis, privetur. e Præterea de-
claratum est; hoc ipso Voto comprehendit
multò magis Prælationes, seu Dignitates
seculares quascumque; ac quæcumque ob-
ficia, quorum Officiales Jurisdictionem
Ecclesiasticam, vel Laicalem, seu quo-
modolibet extra ipsam Societatem exer-
cent. f Demum per quamcumque dimis-
sionem à Societate non extinguatur obliga-
tio hujus Voti. g

4. Quartum est: Si quem sciverit ali-
qua prædictorum duorum curare, vel præten-
dere; promittit illum, remque totam se ma-
nifestaturum Societati, vel Præposito ejus. h
Cum autem videri posset, in formula ex
Constitutionibus petita, hoc Votum obli-
gare ad deferendos tantummodò ambientes
Prælationem in Societate; immutatio ali-
qua facta est; ut complecteretur etiam
ambitum Prælationis extra Societatem. i
Et rursus declaratum, ex eadem obliga-
tionem oriri denunciandi, etiam non Pro-
fessos, ambientes. l

5. Quintum est: Si quando acciderit,
ut hac ratione in Præsidentem alicujus Ecclesie
promoveatur; pro cura, quam de anima sue
salute, ac recta muneris sibi impositi admi-
nistratione gerere debet; se eo loco, ac nu-
mero habiturum Societatis Præpositum Gene-
ralem;

ralem; ut nunquam consilium audire detrectet; quod vel ipse per se, vel quivis alius de Societate, quem ad id ipse sibi substituerit, dare sibi dignabitur. Consiliis verò hujusmodi ita se pariturum semper esse promittit; si ea meliora esse, quam qua sibi in mentem venerint, judicabit. Hoc autem Votum idcirco præscriptum est, quia cum initio Societatis multo conatu (cui etiam aliquando resisti non potuerat) Nostri ad Episcopatus exquirerentur; hac ratione ipsis eligendis consultum credebatur, non quod illis aliquis de Societate Superioris loco constitueretur. Liberum tamen Societati est, onus præbendi consilii recusare, vel assumere: id enim fiet, ubi multum referre ad Dei obsequium eadem judicabit. m

m P. 10. §. 6.
& A.



○

C A-